



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Germanica, Et Finitima. Viennensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

*Vix decimum aetatis, sextumq; expleuerat annum,
Vix pubertatis tempora transtulerant.
Iniecit mors saeva manum, tantoq; repente
Priuauit miseros Principe Lysidas.*

DE GYMNASIO IN PALATIO
CONIMBRICAE.

*Regum olim hac fuerat, Musarum regia nunc est,
Esse vsquam melius non potuere Dea.*



GERMANICA, ET
FINITIMA.

VIENNENSIA.
IN VIENNAM IUL. CAES.
SCALIGER.

Aspice barbaricis qua propugnacula bellis,
Qua stet fulmineis machina torua pilis:
Aduersus spurium, qua fortia pectora, Turcam
Apparet intrepida Norica dextra fide.
Illa igitur validis assultibus irrita fudit
Prælia, qua capto fecerat hostis agro.
Quin etiam patrij demissis turbine celi
Auxilij's largo perpluit imbres polus.
Qualia regna putes, numen quibus excubat armis?
Nonne Dei est, pro quo pugnat & ipse Deus.

CHRISTO O. M. ET MEMORIAE
AETERNAE.

D. N. FERDINANDO felici, pio Aug. Germ.
Pannonico, Bohemicoq; q; is originis & principa-
tus sui hæc Metropolim præter arma cõsilijs & ma-
nimentis iuuerit, ac inter cætera hæc ingentis sum-
ptus

pro molé aduersus Solymanū Turcarum tyran-
num cōmune illud & horrédum Christiani orbis
fulmé, opposuerit: NICOLAUS COMES à SALM
milie, CHRISTOPHORVS ab EITZING Baro,
Senatus, & MARCVS BOECK à LEOPOLS-
DORF Scriniorum magistri, cæteriq; administra-
tionis Austriacæ Senatores deuoti numini princi-
pis sui, de patria seq; optime merentis. V. S. L. L. M.
Anno Christi M. D. XLVI.

ARAE SEPVL CRALES INCLYTAE
FAMILIAE SALMENSIS.

ARA I.

DIS MANIBVS SAC.

Incomparabilis heros, NICOLAUS à SALMIS,
D. Ferdinádi Rō. Hung. ac Boemię Regis, Archidu-
cis Austriæ ab arcanis cōsilijs, Cubicularius, & su-
prem' prouinciarū Austriæ Capitaneus: Quum D.
FRIDERICVS, Rom. Imp. D. SIGISMVNDVS, D.
MAXIMILIANVS Rō. Imp. & FERDINANDVS
Rom. Cæsar, Augusti fratres, rerū potirentur: corū
auspicijs, Reip. annis XLVI. fortem atque strenuā
operam domi militiaeq; nauauit. Anno porrò Do-
mini M. D. XXIX. Solymano Turcarum Tyran-
no Viennam obsessam atrociter oppugnante, dum
dirutis moenibus inuictum generosi animi robur
promuro hostium minis opponit, saxo percussus,
lethale vulnus accepit. D. FERDINANDVS Pat.
Patr. virtutis rerumque gestarum gloriæ ergò, hoc
ei monumentum fieri cur. Moritur IV. die mensis
Maij, anno Domini Iesu Seruatoris M. D. XXX.

Virtutem posterii imitantor.

*Quam meruit virtus, sequitur te gloria. Cæsar
Et tumulum, & lacrymas dedicat has tumulo.*

X 6

ARA

ARA II.

D. O. M. S.

Nicolao IV. Salmæ & Neoburgi Comiti, Nicolai illius III. Salmæ Com. magnit. rer. gestar. suo seculo belli Ducis clariss. F.

D. Ferdinan. Rom. Regis supr. Cubiculario, omnibusque ipsius regnis ac ditionibus cum summo imperio Præposito:

A Ioanne Pannon. Rege, & Solyman. Turcar. Tyranno, ad quos ipsius Ferdinandi nomine legatus missus fuerat, ampliss. muneribus donato:

Ab illo atque etiam in fratrem cariss. admiratione virtutis adoptato:

A suo Principe Pofonien. regionis iurium ac cisque præfectura & Comitatu Neoburg. aucto ornatoque:

A Carolo V. Cæs. maxi. & feliciss. in ampliss. ordinem aurei velleris cooptato:

Quum Leuam, Chiabrachium, Zythnam, Moranum expugnasset, communemque pacem Regno Hungariæ reddidisset:

Paternam iam gloriam affecutus, decessit Agrig. XVI. Calend. Sept. anno Christi M. D. L. ætat.

Iulius Com. Salmæ & Neoburgi, D. Maxim. Rudolph. II. ab Imperiali aulæ consilijs, Filius matris Parenti sanctiss. atque opt. fecit. Anno Salut. Hum. M. D. XVIIIC.

Si vitam vitâ mihi compensare liceret

Magne parens, mea iam, iam tua vita foret.

Sed mea vita nihil: potior tua cælica vita;

O liceat tecum viuere, sicq; mori.

ARA

ARA III.

Iehouæ Opt. Max.

CHRISTOPHORO COM. SALMIO
ET NEOBURGIO:

Nicolai III. F. Nicol. II. N. Ioan. pron. præ-
claræ indolis, ac summæ spei adolescenti, qui in
foecidissima iam tum ætate, vita hic laudatissimo
peracta, maxima fidei constantia, fati cessit, ma-
gno cum patriæ dolore ac desiderio.

Anno Salut. Hum.

AEt.

ARA IV.

CHRISTO S. SERV.

Wolfgango Nicol. F. Nic. Ioan. pron. Comitæ
Salmio & Neoburgio, Præsuli & Episcopo Pata-
vino: sinceræ Religionis, & æquitatis obseruan-
tissimo: summo ingenio, eximia doctri-
na, rara eloquentia prædito:

Humanitate ac beneficentia domi forisque
claro: Principi sanctissimo:

Musarum patrono incomparabili:

Bonorum omnium cum luctu,

Supremo die piè religioseque functo: Passauix,

VI. Decemb. anno M. D. LV. AEt.

Munde vale: nulla hic est constans patria: calum

Per te Christe datur patria firma pijs.

ARA V.

D. O. M. S.

Reckio & Nicolao, Salmæ & Neoburgi Comi-
tib. Nicol. IV. Com. Salm. & Neo-
burgi filijs:

Pose-

Pofonien. regionis iurium, arcisque præf.
ambobus viris ampliff. ac clariff.

Alter Iaurinen. præfidij Princeps, perterrefacti
Zygethana clade Pannoniam, re, fortuna, fide, fo-
stinuit:

Summa vſus celerit. Hegettam, Tattam, & Ve-
primium à Solyman. Turcar. Tyran. creptas virtu-
te ſua recuperavit:

Liberalis, magnanimus, laborū militar. patien-
tiſſ. in omni belli munere ita egit, vt hoſti celeberrimus ſimul & formidabilis haberetur.

Alter autem omni liberali doctrina perpolitus,
Græcè Latinè aliquotq; aliar. exotic. linguar. ex-
ctè doctus, veram ſapientiam ante canos compe-
raſſe viſus eſt:

Primùm Imperialis, inde bellicus Senator, ſub
Ferd. Maximil. & Rudol. II. Remp. fideliff. & opt.
conſilijs ſemper rexit.

Machinamentis ad præſidia munienda, adq; ho-
ſtium augendam incuriam inuentis, cum ijs quo-
mirata eſt antiquitas, comparandus.

Ille Iaurini in complexu milit. quibus apprime
carus ſemper fuerat, extremum vitæ ſpiritum elu-
dit. Anno Salut. M. D. LXXIV.

Non. Iul. AEtat.

Hic Caniſa, cui cum ſumma poteſtate præer-
poſtquam vixit x. menſ. ſpatium excubias pro ſal.
patriæ egiffet, vi repentinæ mortis ſublatus eſt. 6
Cal. Decemb. AEt. S. anno XLIII. Chriſti xxc.

Iulius Com. Sal. Neob. D. Maximil. & Rudol-
II. ab Aulæ Imperialis conſilijs, auitæ paternæq;
virtutis æmulatoribus, germanis cariff. poſ. Anno
M. D. XVIIIC.

Accipite & anima fortes, monimenta doloris,
 Mixta pijs lacrymis hac pia vota, mei.
 O me fata darent vobiscum viuere: vita
 Inuita, haud vita est, cui sua vita deest.

A R A V I.

P. M.

Illustr. at strenuo Heroi NICOLAO V.
 Nicol. F. Eginonis & Iulij Com. à Salm. &
 Neoburg. FR.

Senatu bellico Maximil. & Rudolph. II.
 cognito,

Pofonien. regionis Comiti, Caniffæque
 præfecto:

Qui quum suæ custodiæ excubiarumque duum
 vix. mens. (quos anni multi haud emeti-
 rentur) edidisset:

Sive fato, siue iniquorum maleficio impor-
 tuniff. sublatuſ:

Inl. fratri Maximil. & Nicol. filijs filiabusque con-
 iugique Iudithæ à Polhaim superstitibus mæro-
 rem cunctis, dum cineres quiescunt, sui
 desiderium relinquens:

M. H. M. H. S. E.

Vix. ann. XLIII. Obijt Caniffæ xxvi. anno
 Salut. Lxxx.

A R A V I I.

D. O. M. S.

Elisabethæ Thurræ, Freistadij, Semphtæ, Rich-
 nauiz, & Themetuini Dominæ, foeminæ
 lectissimæ,

Alcij

Alexij Thurri, viri summi, Pannoniæ Proregis
æquiff. & sapientiff. filiæ;

Quæ sic semper vixit, vt seculum ipsa hand
ignum videretur:

Ita diem extremum clausit, vt mors omni
ipsius curriculo responderet:

Sed & AEmiliæ ac Iuliolo puellis bimulis
Qui vtrum formosiores, an blandiores fuerint,
dubium reliquerunt:

Qui quod voluit mater, semper fecerunt:

Alterum m̄ Elifabetha, alterum Anna-Maria
Dietrichsteinia vxor superstes fidissima peperit:

Iulius Com. Salm. & Neoburg. Maximil. &
Rudolph. II. ab Imperiali aula
consilij,

Maritus & parens, coniugi ac liberis
dulcissimis,

Quod cum illis non sim, do-
lens feci.

Anno Sal. M. D. XXCIV.

*

*Si dolor & lacryma possent vos reddere vitam
Reddiderint vita vos dolor & lacryma
Iamdudum. quid tum? dolor est & lacryma vestra
Gaudia vos vita sola fuisse mea.*

ARA VIII.

CHRISTO REDEMPT. S.
ANNAE-MARIAE DIETRICHSTEINIAE,
Sigism. F. Sigismundi N.
Liber Baron. ab Holleburg &
Finckenstein, &c.

Quæ matronal. virtutum omnium ac
laud. præclariss.

Summæ erga Deum religionis, erga
maritum fidei,

Amoris erga liberos, beneuolentiæ erga suos,
Benignitatis erga pauperes, erga omnes
humanitatis,

Morum denique ac vitæ perpet. sanctimoniæ,
castitatis, innocentæ,

Viuens moriensque;

Singulari præluxit exemplo omnibus sui ordi-
nis & sex. hominib.

Coniugi incomparabili,

Quæ supra ætatem morbo varorum pa-
labundo infestata,

Partu heu immaturo nimis quintam
enixa sobolem,

Magno cum dolore ac labore:

Quam sacro fonte priùs renatam, & ex se
Annam-Mariolam cognominatam, secum in
cælum sublatam, Christo initiauit:

Inter amplexus coniugis, & liberor. aman-
tiss. piè sancteque expirauit,

Animulæ suæ carissimæ

Iulius Com. Salm. & Neoburg.
maritus infeliciss.

vberibus cum lacrymis pos.

*

Vita mea vita quondam, mea mellila coniunx,

Mors vita nunc es mortua nempe mea,

Saluar, & o tecum Christo nunc denig, viuam:

Si placeam: Christo viuere certa salus.

Obijt ann. ætat. xxvii. Sal. hum. 1517. Martijs.

MICHAEL

MICHAELIS HELDINGI
THEOLOGĪ.

*Infima tui iuuenis pueros elementa docebas,
Frena scholæ Magani summa moderatus in aed.
Mox verbi praco Diuini factus ibidem,
Præsulis officium mitra redimitus obibas.
Post pauld Casar laudum rumore tuarum
CAROLVS incensus, te fecit Episcopon esse
In Merzburgensi latè ditione patente.
Imperij Cameræ tibi committuntur habena.
Et mox Austriacam iussus concedis in aulam,
Concilia et Præsēs, præsensq; augusta gubernes.
Sed Deus exiguo passus te tempore talem
In terris agere, ad summum reuocauit Olympum.*

Anno 1561, ætatis 55.

IBIDEM.

Imperator Cæs. MAXIMILIANO, Pio,
Felici, Augusto, Principi tum pacis, tum belli artibus, omnium ætatis suæ Regum longè clarissimo sub cuius felici Imperio inclita Germania dulciss. ipsius patria, tam armis, quàm literarū studijs plus quàm antehac florere, caputq; super alias nationes extollere cœpit; cuius insignia facta Tabellæ inferioribus, quamuis sub compendio, expressè conspiciuntur; Imperator Cæs. FERDINANDVS Pius, Felix, Augustus, aucto paterno perquam colendo, ac benè merito pietatis ac gratitudinis ergo posuit.

Tabellæ, quarum mentionem facit, breuem rerum à Maximiliano gestarum epitomen continent.

MAXIMILIANO

MAXAEMILIANVS
CAESAR SEMPER AVGVSTVS,
DEMISSVS CAELO,
REDDITVS CAELO,
NON OBIIT, SED ABIIT.

Petrus AEGIDIUS S. P. Q. Antuerp. à secretis
poneb.

FRIDERICI III. AVSTRIAE
DVCIS.

Hac Mausoleo moles aequata sepulchro
FRIDERICI Magni Caesaris ossa tegit.
Qui Romanum orbem placidè sanctèq; quietus
Circiter vndenas rexit Olympiadas.
Largus opes & templa dedit, secla aurea fecit,
Hinc inter Diuos astraq; celsa micat.
Post domitos hostes, post praelia maxima, postquam
Accessit titulis Bœtica terra suis;
Filius Augustus referens bonitate parentem,
Dadaleum posuit MAXMILIANVS opus.
Amborum pietas manet, æternumq; manebit,
Pyramis hac quando saxaq; puluis erunt.

IOANNIS SAMBUCI CAES.
HISTORICI.

Epitaphium honorarium.

SAMBVCVS linguas coluit qui doctus, & artes,
Cui natale fuit Pannonis ora solum:
Caesaris historicus præmissi temporis acta,
Et dignos scripsit cognitione libros.
Annos inter meruit quoq; nomen olores,
Carminè iucundum qui cecinere melos.

X

Ante

*Ante diem quamuis, Musis plorantibus, ipsum
E medio tulerit mortis auara manus.*

*Ipsè tamen superest, meliori parte superstes
In calis animâ, nomine clarus humo.*

Nil in sollertes Musarum iuris alumnos

Mors habet: à Musis doctus obire nequit.

Obijt Id. Iunij M. D. XXCIV. Aet. LIII.

**IN COEMETERIO NOVO, (vt vocant)
EXTRA PORTAM SCOTORVM.**

D. O. M.

ET POSTERITATI.

*Stirpis honor, flos, exemplumq; Rosina pudoris
Eberstorferi nobilitata toro;*

*Et soror Anna, puellaris duo lumina sexus,
Huldendorferi Coniugis Anna decus.*

*Hic tumulis posuere iuuenta insignia iunctis,
Ante suum, Pietas, vtrâq; rapta diem.*

*Tinxit humum lacrymis Eberstorferus, & optant
Dedicat huic ipsi seq; suosq; rogo.*

ALIUD EODEM IN LOCO.

*Fida hic Penelope Lucretia casta, Minerva
Ingeniosa, Charis quarta sepulta iacet.*

*Cui Deus, & Coniunx, soboles, acus, ara, sacraq;
Fama, fides, virtus, maxima cura fuit.*

*Scilicet Haunolti dilecta Maria Mariti,
Antea mellitus, nunc per amarus amor.*

*Qua ceu viua viro fuerat spes certa voluptas
Summa, animi requies, lux, columenq; tori.*

*Sic eadem viduo nunc est mors lenta dolorum
Fons, animi anxietas, vmbra, ruina domus.*

Sponsa

VIENNENSIA.

319

Sponsa bis, & ter facta parens, semel orba, triginta

Nata annos, natam cum peperisset, obit.

Heu dolor! Octobris matrem lux noua peremit,

Mox duodena infans vix triduana cadit.

Hic sancta ossa cubant; anima super aethera viuunt,

Expectantq; patrem filiola, vxor herum.

Quae rosa manè viret, mox aret & interit, & sic,

Qui fuit ignis heri, cras cinis esse potest.

MAXIMO MIRABILIQUE MOTORI

MOBILIS MAGNAEQVE MACHINAE

momentanei Mundi, mortaliumque moderatori mancipatum.

Miraculum mulierum minimè malitiosarum;

Matrona morigera, Mariti ministra, moderata, matura,

munifica, morata, modesta, mitis, materfamilias,

Maria, Marita mea mellitissima, mero metu

Medico malo morbo mederi metuente, meaq; Maria

Magdalena mollicula, Mammae, minus maturè

moruntur (miserandam) momento, manè morte

minimè matura, mihiq; multum molesta misero me

marito, magno mœrore mœstitiâq; multum moto

muracq; mansione mœsta, mole molesta manente.

Migrarunt mallem me mortuū mullo.

Maffas, Magnæ Matri, monumento muscoso, mandati

mœstus, mortuus, molliter, magnum mortaliū

motum, mortisque mortem moramini, memoria

minimè mortalis, manebit manes merito.

Hic Epitaphio ex latere vno astat Pelicanus

cum isthœc Pentham.

Vita sit vt pullis, morte sit, ecce, meâ.

Ex altero verò latere Phoenix cum tali Penth.

Vt iuuenes viuant, se cremat antè senex.

Y 2

In di-

In dicto sepulchro hoc distichon legitur:
*Heu tua vita breuis, breuia & tua gaudia tecum,
 Et breuis hic lapis est, & breue carmen, AV E.*

ALIVD LOCO DICTO.

Maritus ad vxorem.

*Offe iacent: mens astra colit: cum prolibus vxor
 Cur desles Domini fata benigna tui?
 Me non Orcus habet, nolle in remiuisere, vel si
 Fata velint: igitur des. ne siero, Vale.*

Vxor ad Maritum.

*Non deploro tuam, coniunx per amande, salutem,
 In nos sed fidi pectoris acta fleo.
 Que quoties recolo cum natis, fluminis instar
 Ex oculis lacryma nocte dieq, fluunt.*

ALIVD LOCO DICTO.

*Artis erat medica quondam studiosus amator,
 Blanditias optans pharmaca grata suis.
 Res tamen ut dubia fr agilis cum vita laboret,
 Arigido letbo quis modo tutus erit?
 Ars iuuat haud vllum, cunctos discrimine nullo
 Mors auferi, gelida falce, cruenta, viros.
 Serpentis susu vestiunt tor crimina mundo;
 At roseo ex Christi sanguine vera salus.
 Non igitur dubito, placida quin morte quiescat
 Grandaeuus sanger, vir pietate grauis.
 Et bene ceu vixit, solida bene dormiat vrna:
 Rex superum foueat spiritum in axe poli.*

LOCO DICTO ALIVD LEGITVR.

Hic situs est, medica vir prastantissimus artis

Qui fuit: & tantos mors rapit atraviros?
 Vincere sic gestis? sed te victoria ludit,
 Nam victo vita das meliore frui.
 Nilta iubes parcas Aicholzi rumpere fila,
 Nil agis: hic vixit iam satis ipse sibi.
 At nos lugemus: nobis (mors improba!) longam
 Nestori atatem viuere dignus erat.
 Hunc sepelis? sed iam superauit spiritus astra,
 Viuidiorq; hominum fama per ora volat.
 Quis te autem? quis te tam dignis laudibus ornes
 Aicholzi, quantaa te meruisse liquet?
 Illicet alma Dei vis, atq; benigna potestas,
 Sape bonos terris datq; deditq; viros.
 Ma sed exemplum de te memorabile multis
 Ante alios statuit; tot tibi dona dedit.
 Delicem iussit rerum cognoscere causas:
 Hinc tot Peonias linguis amicus opes.
 Cumq; alijs linguis Latia tum deniq; Graia
 Erudit pectus Pallas amica tuum.
 Ador erat secli rimari corporis artus,
 Morborum sedes sic patuere magis.
 Verbarum genus omne simul tibi querere cura:
 Quoq; iuuent homines, quo noceantq; modo.
 En te lugebunt tenera in conuallibus herba,
 Florum demittent germina triste capus.
 Iacra tamen Laurus vineat Phœbea sepulchro,
 Quo tua defuncti molliter ossa iacent.
 Loco dicto hoc distichon legitur.
 Vita parum dederat: sed mors dedit omnia felix,
 Cui noua pro mortis fœnore vita datur.

ALIVD IN DICTO COEMETERIO.

Dum Patria tristes satagis reparare ruinas,
 Petre ruis, gelida victima opima necis.
 Tecum quāta (eheu) spes, quantaq; gaudia Nympha,
 Quantaq; Germano (proh) perire tuo!
 Sic sunt hac humana, ruunt, ruiturq; in eum,
 Quippè ruinosum, nil, nisi mundus habet.
 Non ruitura tamen Pietas contermina celo,
 Nixa illa in Christi sanguine saluifico.
 Rudera dia Fides nescit, quam Petra saluta
 Contra Erebi portas fortificata gerit.
 Petre labascens enim hoc stabas, stabis Olympo
 Fortis eques Christi morte necis domitor.
 Viue Deo Rhenerere: leuis tibi terra sit, ether
 Subleuet hos cineres, quos premit vrna vorax.

ALIVD IN COEMETERIO AD
 D. STEPHANVM.

Franciscus medica felix Emericus in arte,
 Ingenium spectes, siue operam, atque fidem.
 Omnipotente Dei iussu iam morte solutus,
 Plus fatum quamuis arte valere monet.

ALIVD LOCO DICTO.

En iaceo generis columen laudabile nostri,
 En patria iaceo spes opulenta mea.
 Pannonis ora dedit, dulcem rapit Austria vitam,
 Inq; tuo tumulor, culta Vienna, solo.
 Criminis innocuus, quod turpis fama notaret,
 Exegi vita tempora pauca mea.
 At teneris Musas vero sectatus amore,

Salvificam didici cum pietate fidem.
 Consilioq; iuuans patriam, studioq; fideli,
 Tranquilla pacis suasor, & Author eram,
 Ardua. praefectus, sincero munia corde
 Sustinui, vera dexteritatis amans.
 Officiosus eram, neq; mens mihi conscia fraudis,
 Iustitiam colui, verbaq; sancta Dei.
 Hinc vbi Legatum me Transyluania mittit,
 Imponens humeris quaeq; regenda meis.
 Caesaris Augusti genua ad diuina volutus
 Defero commissa, pondera magna, rei.
 Parua mora: (heu) tristis depascens viscera morbus,
 Me grauis ardenti Febris ab igne necat.
 Sic Fatis pereo, sic fatis viuo superstes,
 Quod mihi terra dedit nomen, id ipsa tulit.
 Tu mihi Christe faue, cuius me gratia calum
 Promissa donat, regna beata domus.
 Sparge salutis fluo perfusim corpora fonte:
 Mens Paradisiacos pura pererret agros.
 Offa tegit tumulus tenui mutata fauilla,
 Sed subit aetherea spiritus astra plaga.

ALIVD LOCO DICTO.

Tres natos Bresla misit Faber vrbe Viennam;
 Tempore non longo tres rapit vna dies.
 Nomina Patris habens, Istri, Fridericus in alta
 (Heu) Fratrum medius, gurgite primus obit.
 Inde vbi tres ierant anni, tibi tristia Caspar
 Fata etiam minimo pestilis aura patat.
 Proximus at morbo Laurentius ictus eodem,
 Lumina Diana post duo plena cadit.

† † Vigite

*Vivite tres anima calo feliciter alto,
Frigida dum tumulis molliter ossa cubant.*

ALIVD.

*Sunt dolor & lacryma lucis primordia nostra,
Sunt medium, & finis: quid, nisi bulla sumus?*

ALIVD.

*Participem casus quem Casar habebat in omnes,
Quiq; Palatino fulsit honore Comes.
Mente tenax, virtute nitens, gravitate verendum,
Synceraq; colens iusq; piusq; fide.
Tumulo VVolfgange iaces, sed fama perennis
Vivit, & aethereo mens nitet alta polo.*

ALIVD.

*Quicquid habent Latia numerosa volumina lingua,
Edidici; Sophiam, carmina sacra, Deum.
Virtutem adiunxi, reliquorum premia tellus
Vana, Deus morum non peritura dedit.*

ALIVD.

*Imperator Cæsar Diuus Fridericus Tertius, pius,
prosper, Augustus, Christianitatis supremus Prin-
ceps, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Ar-
chidux Austriæ, Dux Stiriz, Carynthiæ, & Carnio-
liz, Comes & Princeps in Habsburg, & Tirolis.
Landgravius Alsatia, Princeps Sueniæ, Comes
Phirretis, & in Kiburg. Dominus Marchiæ Sclavo-
nicæ, & Portus Nacnis, & Princeps religiosissimus
qui sacrum Romanum Imperium iustitia, & vir-
tute quinquaginta tribus annis sapienter & mode-
ratè rexit; Quiq; filio suo Maxemiliano Impera-
tori*

tori gloriosissimo Serenissimam Dominā Mariam,
unicam Filiā, & Hæredem, Diui Caroli Ducis Bur-
gundiæ Potentissimi, &c. legitimo toro copulauit:
ex quo quidem felicissimo connubio omnes Duca-
tus, Principatus, Marchionatus, Comitatus, & Do-
minia, quæ præfatus Carolus Dux terra marique
possedit, felici domui Austriæ, hæreditario iure
perpetuo accesserunt: quæ & Imperator Maxæmi-
lianus potenti manu & gladio conseruauit. Ipse
Fridericus talibus, multisque alijs Imperatorijs
virtutibus perpetuatis, naturæ debito persoluto,
celeberrimis famosissimisque; exequijs deuotè cele-
bratis, in hoc pretioso monumento reconditus est.
Hic Fridericus Tertius, Imperator Augustus nasci-
tur anno Salutis nostræ 1415. Eligitur in Regē Ro-
manorum anno 1440. Coronatur in Augustum ac
Imperatorem anno 1451. Obijt 19. die Augusti an-
no 1493. ætat. suæ 78. Imperauit annis 53. Mensibus
4. diebus 4. Corpus eius in hoc saxum reconditur
ac transfertur Anno 1513. die 7. Nouemb.

Ferdinandus Dei gratia Romanorum, Hunga-
riæ, Bohemiæ Rex, Princeps Hispaniarum, Archi-
dux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. hoc opus Fride-
rico Proano piè F. F.

ALIUD IN TEMPLO B. MARIÆ
AD SCOTOS.

*Hic iacet Antistes Claustræ Jacobus: Et illum
Sub gelida monstrat nobile marmor humo.
Gaudia qui vitæ caelestia sine carentis
Angelicisque, choris associatur, habet.*

ALIUD L. D.

Ne crede, artificem tibi verba dedisse, viator,

T S

Quis

Qui mira sculpsit religione virum.
 Respicis Alphonsi Mercado in imagine vultus,
 Hunc Hispana dedit, Teutona terra tegit.
 Notus erat Marti in campis, Syluisq; Diana,
 Hostes prostravit viribus, arte feras.

ALIVD IN DICTO TEMPLO.

Vita quid est? labor est, & habendi vana cupido
 Tristis, ad extremum, sollicitudo, diem.

ALIVD IN TEMPLO AD
S. MICHAELEM.

Eheu! quàm rapido pereunt mortalia castu,
 Quamq; nihil vasto praestat in orbe diu!
 O spes fallaces hominum! ludibria fortis
 Quàm nos precipiti mobilitate rotant?
 Vt rosa dulcifluo turgens in stipite succo,
 Exiit aëreum, sole cadente, decus:
 Mox decussa graui nimboſi turbinis ictu
 Disilit, & nitido cassa decore perit.
 Sic homo stelligero ducens primordia calo,
 Quoq; nihil toto pulchrius orbe viget.
 Voluitur, ambiguus per mille discrimina fati
 Carpitur & varijs obruiturq; malis.
 Mox collecta furit saua violentia mortis,
 Spargit & in gelidam putre cadaver humum,
 Falce sonans, cunctos, nullo discrimine sternit,
 Inijcit & rabidas caeca furonsq; manus.
 Dotibus ingenij, nec forma parcere nouit,
 Nil Rex, nil diues, morte premente, valet.
 Optima prima ferè terro proster nit hiatu,
 Et citò virtutis rumpere fila solet.

At mala

Mala distinctos intacta relinquit ad vsu,
 Ut numeru constent accumulata suis.
 Nunc quoq³, sorte pari, virtutum faemina donis
 Euphrosyna potens, mortis adiuit iter.
 Quam sua nec pietas, nec opima munera sortis,
 Nec paterna iuuat gentis auitus honor.
 Inter vt expansas frangat rosa candida spinas,
 Et ponit nitidas sole cadente, comas.
 Euphrosyna sacris sic dotibus aucta refulsit,
 Lamq³, suum posuit, morte fremente, decus.
 Gratia, forma, vigor, ceciderunt: vnica virtus
 Restat, in extremis non peritura rogis.
 Faminei specimen referens illustre pudoris,
 Coniugij casti pulchra corona fuit.
 Prædita diuini voluens oracula verbi,
 Immoxa coluit mente, fideq³, Deum.
 Osa deuitans, vitæ fomenta nefanda,
 Sedula quod faceret, semper habebat opus.
 Omnibus officijs coluit venerata maritum,
 Tristitia constans, lætitiæq³, comes.
 Candida simplicitas puro sub pectore fulsit,
 Forma verecundis moribus aucta fuit.
 Hanc quoq³, constanti complexus amore maritus,
 Præstitit & pactam, non sine laude, fidem.
 Quantum amor, pietasq³, fuit laudata duorum,
 Quam sincera fides, & sine labe torus!
 Ergo dolet merito clarus pietate maritus,
 Plangit & vxoris turbida fata sua.
 Quisq³, dolet proprio de corpore costam,
 Hoc vulnus valide cor animumq³, ferit.
 Non sua mortis, abiectæ, terrumq³, furorem.

*Heu fatum duro non adamante minus,
 Sed quid flebilibus disrumpimus astra querelis,
 Fundimus & tristes, ore gemente, sonos?
 Nil lacryma, fletusq; iuuant, mæstaq; querela,
 Nil rabida mortis fata mouere potest.
 Euphrosinapias inter dextra cohortes
 Viuida tranquillis gaudia rebus agit.
 Illustres inter animas, cætusq; micantes
 Aspectu fruitur, colloquioq; Dei.
 Illi parva quies, & vita metaperennis:
 Nos agimur varijs, concutimurq; malis.
 Spiritus in calo, corpus tellure quiescit:
 Illius in terris famaq; lausq; manet.*

ALIVD L. D.

*En ego, qui fueram Christi pietatis amator,
 Hic iaceo sacra contumulatus humo.
 Ingenuos docui pueros tibi clara Vienna,
 Et vigilans ista Pastor in ade fui.
 At nunc ipsa quidem tantis mens libera curis
 AEthereas arces, lucida tecta colit.*

ALIVD IN TEMPLO AD D. DO-
ROTHEAM.

*Fuxmagonum vixisse iuuat, rectumq; piūq;
 Quod coluit: reliquum somnia vana putat.
 Dicite, quid melius, qui viuitis? hoc ego tantum
 Cognoui, vt moriar; nescius ipse mei.*

ALIVD IN TEMPLO AD
AVGVSTINIANOS.

Melchior in magni Porthinus Cosaris aula

Cont.

Consilio, & iuris clarus honore fuit.

*Et sua viuit adhuc post funera, nominis extae
Gloria, mens calo reddita, corpus humo.*

IN COLLEGIO I. C. AD IMAGINEM

Iustitiae, hi duo versus leguntur.

*Reddo cuiq; suum, sanctis & legibus omne
Concilio mortale genus, ne crimine viuat.*

PRAGENSIA.

IN PRAGAM IVL. CAES.
SCALIGER.

*Septa met allifero circum qua monte superbia,
Hercinia in medio Martia Praga sinu,
Linq; alijs populis tanta munimina sedis:
Qui neque ant armis iura tenere loci.
Namq; tuum est, non praesidio turgere locorum:
Sed loca praesidijs fidere posse tuis.*

SIGISMVNDI HVNGARIAE ET BO-
HEMIAE REGIS.

*Cesar & Imperium tuus & ego ROMA, sacratum,
Rexi non ense, sed pietatis ope.
Pontificem summum feci, spretis tribus, vnum,
Lustravi mundum, schisma negando malum.
Obijt v. Id. Decemb.*

D. O. M. S.

ET

PATRI MONAVII Vratislaviensis, Patriciae
famili-